

Conf. A. Papp. 2508^h

6

ORDINARIVS
SENIOR CAETERIQUE DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS

D B

LAVDABILITER SVPERATO EXAMINE
GENEROSISSIMI VIRI

D O M I N I

ADAMI CHRISTIANI LVDOVICI A WVTHENAV
DOMINI HEREDITARII IN GLESSINA ET KOELZA

T E S T A N T V R.

Rhapsodiae Supplementum.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEMIA

4

ORDINARIO

SECTION OF THE ...

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

OBSERVATIO DXLIV.

*Matrimonium coactum nec cobabitatione diu-
turna nec liberorum genitura conua-
lescit.*

Cum qui coactus vult, nolle potius videatur, quam
velle, huiusmodi formidolosa affirmatio ve-
rum assensum non efficit, sed plena debet securitate
frui is, cuius animi sensus indagatur, ne per timorem
dicat sibi placere, quod odit; et sequatur exitus, qui ex
inuitis nuptiis tristissimus solet provenire, *cap. 14. X. de
sponsal.* Etenim, VI MARTIALIS ait,

res est imperiosa timor,

Metus autem pro conditione metuentis varius et in
foeminis tanto magis considerandus, cum etiam viris non
raro subtrahat vires. Vincit imprimis caeteros affectus dura-
tione, siquidem iamdudum cessante timoris causa, effectus
perdurat et membra, etiam agnita spectri vanitate, tremo-
rem continuant, vnde in criminali iudicio qui sub equuleo
confessus est, vix post triduum videtur menti restitutus et
a timore liberatus.

En mea cymba semel vasta percussa procella,

Illum, quo laesa est, horret adire locum.

Neque enim reformidare desinimus, quod antea
mentem concussit, imprimis si viuat tyrannus pater aut ma-
ter imperiosa metuatur, cum qua conuersari, eamque varias
ob causas vereri necesse fit, vt ne liberatione quidem a patria
potestate ingenitus ille timor minuatur, cum ciuiles potius
emancipatio, quam naturales effectus, habere videatur.
Ergo fere nunquam conualescit, quod metus ab initio nul-
lum fecerat, adeo, vt ne benedictio sacerdotalis quidem tale
insanabile vitium reparare possit.

A 2

Plenae

IV

4 Plenae de ea re BOEHMERI *de matrimonio coactō et STRYKII de nullitate matrimonii* dissertationes, inprimis vero CAROLI GOTTLIEB KNORRII Halensis Ordinarii *Rechtliche Abhandlungen und Gutachten Num. XXVII. pag. 265.* in quibus exemplum prostat nuptiarum pro nullis a consistorio declaratarum, quae dolo metuque extortae erant, vtut per lustrum coniuges cohabitassent et liberos tres procreassent superstites; ne vetustius exemplum commemorem descriptum in TRAVTMANNI *Actis curiosis in puncto nullitatis matrimonii, welches, ob gleich die Getraueten 12. Jahre im Ehestande gelebet und ein Kind mit einander erzeugt, dennoch, ob defectum liberi consensus, pro nullo declariret worden.* Hic libri titulus.

5 Nos similem sententiam Facultatis Iuridicae Lipsiensis adiiciamus anno 1771. mense Aprili perlatam, in lite coram consistorio Frankenhufano agitata: *Dass Klägerin Suchen nicht stat hat, sie könnte und wolte denn in Sächsischer Frist den Grund ihres fol. 132. befindlichen Vorgebens dergestalt: dass sie in die Heyrath niemals gewilliget, sondern von ihrer Mutter durch Schläge oder andern harten Zwang und heftige Drohungen gezwungen worden, auch dass nach vollzogener Trauung die Furcht annoch fortgedauret und sie auf solche Art diesen Zwang zu erdulden sich gemüßiget gesehen, Beklagten den Gegenbeweis, auch beyden Theilen die Gewissens Rührung und andere rechtliche Nothdurft vorbehaltenlich, wie Recht erweisen, dessen genösse sie billig.*

Corroborata haec sententia rationibus, quas adiecimus, copiosioribus:

6 *Obwohl die aus dem Alterthume in denen geistlichen Gerichten annoch beybehaltene gestrenge Auslegung, noch zur Zeit derer neuern Rechtsgelahrten Meynung, dass eine jegliche dem Endzwecke der Ehe straks entgegen laufende Ursache, die Scheidung erlaube, nicht Plaz greifen lassen, folglich da der Gerichtsbrauch und das Herkommen nicht ganz*
außer

V
außer Augen zu sezen, alles dasjenige, so die Döhlin von ihrem unabänderlichen Widerwillen und unversönlichen Hasse, (bey welchem allemal, ob er nicht mit der Zeit, welche vieles lindert, gehoben werden mögte, ungewiss verbleibet) so wohl von des Ehemannes üblen Lebensart anführet, weiter nichts, als das die bereits angeordnete Sonderung von Tisch und Bette noch auf einige Jahre verlängert werden könne, zu bewirken scheint, auch satfam bekant, das nicht eine jede Beredung oder Zwang der Ehe hinderlich sey, immasen bloße Ehrfurcht in keine Erwägung komt, besonders aber, da die Döhlin bey ihrem Ehemanne 8. Monathe ausgehalten und nunmehr allererst einen harten Zwang und Furcht vorschüzet, das sie damit nicht zu hören sey, dafür gehalten werden möchte.

Dennoch aber und dieweil, wenn eine rechtmüssige Furcht einmahl das Gemüthe überwältiget, solche auch vielmahls noch lange Zeit fortdauret, da man jezeweilen sich, mit Beybehaltung des völligen Widerwillens, demjenigen, was entweder gar nicht, oder, welches der Unmöglichkeit gleich zu achten, schwerlich zu ändern stehet, unterwerfen muss, und dann solcher Ursache halber aus dem erfolgten Beyschlaf nicht allemahl auf eine völlige Genehmigung zu schliesen, sintemalen Beyspiele vorhanden, das eine durch List oder Zwang gestiftete Heyrath als nichtig angesehen worden, obgleich dieselbe 5. Jahre gestanden und drey Kinder erzeugt gewesen, folglich es darauf, was eigentlich die Döhlin in dem vorgeschriebenen Beweise diesfals darthun dürfte, lediglich ankommen wird, welcher ihr um so viel weniger zu versagen, je mehr ihr Vorgeben wegen dessen, so ihre eigene Mutter selbst fol. 45. gewisser maassen einräumt, wahrscheinlich wird, So ist etc.

Haec nostro more praefari placuit, ne exordium deesset causae, propter quam hae chartae exeunt. Scilicet ex nobilibus, qui in hac artium liberalium vniuersitate

VI

fitate litteris et iurisprudentiae operam nauant, vt aditum sibi pararet ad munera ciuilia, solenne testimonium a nostro collegio petiit

VIR GENEROSISSIMVS
ADAMVS CHRISTIAN. LVDOVICVS
DE WVTTHENAVIO,

DOMINVS HEREDITARIVS IN GLESSINA
ET KOELZA

quod non possumus commodius exhibere, quam si eius huc vsque peractam inter litteras vitam breuiter describamus. Natalem urbem agnoscit Merseburgum, in quo anno huius seculi quinquagesimo primo genitus est a patre summe venerabili et perillustri viro ADAMO LVDOVICO, *Ecclesiae cathedralis Merseburgensis Decano, Potentissimi quondam Poloniarum Regis Principisque Electoris Saxoniae cubiculario primi ordinis, Supremae Curiae Prouincialis, quae Lipsiae consistit, adfessore, Grutiae denique in Sala flumine Inspectore primario*, quem d. 23. April. 1763. rebus humanis ereptum dolent omnes, qui ipsum norunt, in primis relicta eius vidua, nostri mater, vniuersis sui generis dotibus conspicua matrona, Domina CHRISTIANA ARMENGARDA MAGDALENA, genere BURCKERSRODIA e Domo Koetschauiana, quae praesentia sua ciuitatem, quam diximus, ornat atque illustrat. Litterarum elementa per decem annos ipsi tradidit KAYSER, philosophiae artiumque liberalium magister, nunc in pago Zweymensi sacerdos. Ao. 1767. inter ciues nostros nomen professus atque in numerum discentium, gubernante vniuersitatem WINCLERO, nunc in coelis beato, relatus est.

Studio-

Studiorum suorum rationem illustrissimi COMITIS
 AZECH, qui iam in visitatione iudicii cameralis Prin-
 cipalis Delegati honores gerit, consilio et sapientissima
 auctoritate tenuit; nec quisquam melius laboris academici
 cursum praescribere potuit, quam qui ipse ita, ut iste Comes,
 litteratissimus esset. Hanc benevolentiam gratissimo animo
 laudat atque non esse alium, cui magis, quam tanto viro, pro-
 bari se suaque omnia velit, palam profitetur.

Praeceptores in omni disciplinarum genere opti-
 mos nactus, nempe in elegantioribus disciplinis omni-
 que humanitate CLODIVM, in mathesi theoretica, quam
 puram vocant, EBERTVM, qui nunc apud Viteber-
 genes munere professoris fungitur, in applicata FVNC-
 CIVM, in physica experimentis cognoscenda WINC-
 LERV M, in quo magnam iacturam Lipsia fecit, tandem in
 morum doctrina celebriorem post fata, quam cum viueret,
 GELLERTVM, deinde SEIDLITIVM, quem etiam Dia-
 lecticam et Metaphysicam docentem audiuit; in historia
 Imperii Germanici, Saxoniae, rerumque publicarum
 BOEHMIVM. Praeter haec a IOANNE CHRISTO-
 PHORO DOERINGIO, quem morum studiorumque
 rectorem et comitem per triennium habuit, ad Themidis
 sacra praeparatus, legum naturalium praecepta, iurisque
 Romani historiam accepit a SAMMETO, iuris publici
 vniuersalis scientiam a SCHOTTIO, institutiones iuris
 civilis ab eodem ac BREVNINGIO, pandectarum do-
 ctrinam a ZOLLERO atque RICHTERO, vsum foren-
 sem iudiciorumque ordinem cum arte referendi a WINC-
 LERO atque ZOLLERO, cui et de criminibus expo-
 nenti operam dedit; iuris germanici notitiam a SE-
 GERO, publici a FRANCKIO, feudalis a BAVERO
 et GEISLERO, nunc Erlangense professore, de-
 nique iuris Canonici praecepta ab HOMMELIO hau-
 sit. Ita praeparatus, indulgentia Serenissimi Electoris
 singu-

VIII


singulare in eum beneficium contulit, ut in Curia prouinciarum Suprema Lipsiensi, anno 1770. post festum Trinitatis auditor admitteretur. In hoc tribunali igitur auscultando suum ingenium ad causas forenses praeparauit, quo juris studioso vix alia contingere potest vtilior schola aut illustrior. Mores ei placidi, et honesti, ut in modestia vix illum quisquam vincat, nec frugaliorem inuenias alterum aut continentiore; Adeo enim prudens noster et supra aetatem prouidus, ut in viro legitimam vix aetatem adepto, plus quam virilem prudentiam mireris.

Talis erat, cum adiret collegium nostrum, ut ad examen admitteremus. Dicto scrutinio die, cum non in ciuili iure tantum et canonico, verum etiam clientelari et criminali eius vires per duas propemodum horas explorassemus, ita collegio se probauit, ut honorificum testimonium omnium suffragia ei decernerent. Habeat igitur hanc ipsam, quam nunc publicamus, tabulam sua eruditionis indicem, quae huncce Wuthenauium litterario orbi de meliori commendat, ut aliquando diligentiae suae vberimos fructus capiat, atque etiam alii ad virtutis studium eius exemplo incitentur. *Dabamus Lipsiae Dominica Oculi MDCCLXXII.*



11 7 Nov 1989

Cons. et resp. 361



Small, rectangular, light green paper label affixed to the upper right corner of the book cover.